

riam. Finibus autem judicantur actiones. Et virtutes nisi ad Deum referantur, non sunt virtutes, ait Augustinus l. 15. de civ. D. c. 25. Unde regula: Bona opera non nominibus, sed adverbis sunt judicanda, h. e. illa demum opera sunt bona, quæ etiam bene fiunt. 3. Ob imperfectionem adjunctam 4. ob personam non renatam, quæ quum Deo displicuerit, & ipsum opus displicuisse sequitur. Confer Doct. Hutt L. C. p. 385. 481. Meisn. Anthropol. Dec. 1, 3. Diss. 21. quæ. 14. p. 55. B. Jacob Martini in Vernunft-Spiegel l. 2. c. 57. p. 1255. ubi: Ob die Tugend bey den Heyden proprie loquendo Sünde sey?

6. Quæcumq; mali causa existunt, illa sunt removenda:

Divitiæ mali causa existunt:

E. sunt removendæ.

Minor probatur ex eo quod homines avaros, superbos ac dueros reddant, quod sanè pessimum est. Ex pecunia cupiditate factiones dissensionesq; nascuntur, inquit I. Caesar de Bell. Gall. l. 6. Ergo sunt removendæ, & per consequens Christianum eas acquirere dedecus est.